


17. 18428  
B U L L A

In Cena Domini:  
Clementis. vii.

Acta Anno Domini

M. D. X X V I I

Cum additione sumpta ex Bulla reforma-  
tionis in Nona sessione Concilii  
Lateranensis ædita.



fulgead

# CLEMENS

Episcopus, seruus seruorum

dei. Ad futuram rei memoriam.

¶ Consueuerunt Romani Pontifices, prædecessores nostri, ad retinendam puritatem religionis Christianæ, & ipsius unitatem, quæ in coniunctione membrorum ad unum caput, Christum uidelicet, eiusq; Vicarium principaliter consistit, & sanctam fidelium societatem ab offensione seruadam, arma iustitiæ, per ministeriũ Apostolatus in præsentem celebritate exercere.

¶ Nos igitur uetustum, & solennem hunc morẽ sequentes excõmunicamus & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis Patris & filii & spiritus sancti, auctoritate quoq; beatorũ Apostolorũ Petri, & Pauli, ac nostra, omnes hæreticos, Gazaros, Paterenos, Paupes de Lugduno, Arnaldistas, Speronistas, Passagerios, Viclestas, seu Vistas, Fraticellos de opinione nuncupatos, Necnon per se, re. Leonem Papã. X. prædecessorẽ nostrũ superioribus annis dånatam, impiam & abominabilẽ Martini Luheri hæresim sequentes, ipsiq; Martino, quominus puniri possit, quomodolibet facti, & quoslibet alios hæreticos, quocũq; nomine censeatur, ac omnes fautores, receptatores, librorũq; suorum aut quorumuis aliorum eiusdem sectæ sine auctoritate nostræ sedis Apostolicæ quomodolibet legêtes, aut in suis domibus tenentes, aut imprimentes, aut quomodolibet defendentes ex quauis causa publice, uel occulte, quouis ingenio, uel colore, & generaliter quoslibet defensores eorundem.

¶ Item excõmunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Cursarios, Latrunculos Maritimos, & illos præcipue qui mare nostrum a monte Argentario usq; Terracinam discurrere, & nauigantes in illo depredari, mutillare, interficere, ac rebus & bonis suis spoliare præsumperunt hætenus, & præsumunt, ac omnes receptatores eorũdem, & eis auxilium dantes consilium, uel fauorem.

¶ Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in terris suis noua pedagia imponunt, uel prohibita exigunt.

¶ Item excommunicamus & anathematizamus omnes Falsarios bullarũ, seu literarum Apostolicarum, & supplicationum, gratiam, uel iusticiam concernentiũ, per Romanũ Pontificẽ uel Vicecancellariũ, seu gerentes uices eorum aut officium Vicecancellarii, S, R, E. de mandato eiusdem Romani Pontificis signatarũ, aut sub nomine eiusdẽ Romani Pontificis, Vicecancellarii, aut gerentium uicẽm prædictorũ signantes supplicationes easdẽ, extendentes Capitulũ ad falsarios, cum omnibus poenis in eo contentis ad falsificantes, seu mutantes supplicationes per nos, seu de mandato nostro signatas & datatas sine nostra & Datarii nostri licentia.

¶ Item excõmunicamus, & anathematizamus omnes illos qui Equum ferrum, filum ferri, stanũ, æra, bandaraspata, auricalcũ, sulfu

trum, & omnia alia ad faciendū artelarias opportuna, & quæcunq; instru-  
menta, arma seu machinas offensiuæ necnon funes & alia rei nauticæ ne-  
cessaria Lignamina, & alia prohibita deferunt Sarracenis, Turcis, & aliis  
Christiani nominis inimicis, quibus Christianos impugnant, quibusuis  
priuilegiis & concessionibus quibuscunq; principibus, aut dominiis, seu  
priuatis personis per nos & sedem prædictam hætenus forsitan concessis  
quas illis nolumus in aliquo suffragari.

**¶** Itē excōmunicamus, & anathematizamus omnes impediētes, seu inua-  
dentes uictualia, seu alia ad usum Romanæ Curie necessaria adducētes,  
uel qui, ne ad Romanā Curia ipsam adducatur, uel deferatur impediunt,  
seu perturbāt, & qui talia faciunt, uel defendūt, cuiuscunq; fuerint ordinis,  
præminentie, cōditionis & status, etiam si Pontificali, Regali, Reginali,  
aut alia quauis ecclesiastica, uel mundana præfulgeant dignitate.

**¶** Itē excōmunicamus, & anathematizamus omnes illos qui ad sedē apo-  
stolicam uenientes, & recedētes ab eadē, Necnon omnes illos, qui iuridi-  
ctionem ordinariam, uel delegatam aliquā non habentes, in eadē Curia  
morantes, temeritate propria rapiunt, spoliant, & detinent, aut ex pro-  
posito deliberato uerberare, mutilare, uel interficere præsumunt, & qui talia  
fieri faciunt, seu mandant.

**¶** Item excōmunicamus, & anathematizamus omnes temere mutilan-  
tes, uulnerantes, interficientes, capientes, carcerantes, & detinentes Patri-  
archas, Archiepiscopos, & Episcopos, eorumq; mandatores.

**¶** Item excōmunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, uel  
alium seu alios, quascunq; personas ecclesiasticas, uel seculares, ad Romanā  
Curia, sup eorū causis & negociis recurrentes, illaq; in eadē Curia profe-  
rentes aut procurantes, negociorūq; gestores, aduocatos, uel procurato-  
res ipsorū, uel etiā auditores, seu iudices super dictis causis, seu negociis de-  
putatos occasione caularū uel negociorū huiusmodi uerberant, mutilant  
uel occidunt, seu bonis spoliāt, ac illos qui ne literis, & mādatis apostolicæ  
sedis, & legatorū, ac nūciorū, & iudicū delegatorū eiusdē gratiā, uel iusti-  
ciam cōcernentibus, decretisq; super illis, & cæteris iudicatis, processibus,  
& executorialibus, non habito primū eorum beneplacito, & assensu para-  
tur, neue tabelliones, & Notarii super huiusmodi literarū, & processuum  
executione, instrumenta, uel acta conficere, aut facta parti cuius interest,  
tradere, sub grauissimis pœnis prohibere, statuere, seu mandare, quiue in  
animarū earundem periculū, se a nostra, & Ro. Pont. pro tēpore obediē-  
tia pertinaciter subtrahere, seu quomodolibet recedere præsumunt, quiue  
iurisdictiones, seu fructus redditus, & prouentus ad ecclesiasticas personas  
e ecclesiarū, monasteriorū & aliorū beneficiorū ecclesiasticorū per-  
sonarū pertinentel usurpant uel surripiunt, seu quauis occasione  
sine Ro. Pont. expressa licētia sequestrāt, uel qui p se, uel aliū, seu  
ste, uel indirecte p̄dicta exequi, uel procurare aut in eisdē cōsiliū,

auxiliū, uel fauorē p̄stare nō uerentur, cuiuscūq; p̄minentia, dignitatis, or-  
dinis, conditionis, aut status fuerint, & si Pontificali, Regali, Reginali, uel  
quauis alia p̄sūlgeat dignitate. In nouimusq; decretū sup̄ his in moder-  
no Lateranenū Concilio editum, & cum omnib; p̄enit in eo contentis.  
¶ Item excommunicamus, & anathematizamus omnes militantē, uul-  
nerantes, & interficientes, seu captiues, & detinentes, seu depredantes  
Romipetas, & peregrinos ad urbem causa deuotionis seu peregrinationis  
accedentes, & in ea morantes, uel recedentes ab ipsa, & in his dantes auxi-  
lium, consilium, uel fauorem.

¶ Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos qui per se uel aliū,  
seu alios directe, uel indirecte, sub quocūq; titulo uel colore occupāt, deti-  
nēt, uel hostiliter destruūt, seu inuadūt, aut occupare, detinere, uel discūr-  
rere, aut inuadere hostiliter p̄sumunt in totū, uel in partē, almā Urbē, R e-  
gna Siciliae seu Trinacriae, Inſulas Sardiniae & Corsicae, Terrā citra pharū,  
Patrimonū beati Petri in Tuscia, Ducatū Spoletanū, Comitatum Venay  
sinū, Sabinēsē, Marchiae Anconitanae, Massae Trebariae, Romadiolae,  
Capaniae, & Maritimae puincias ac terras specialis cōmissionis Arnulfore,  
Ciuitatesq; nostras Bononiā, Ferrariā, Beneuentū, Perusiā, Auinionē, Ci-  
uitatē Castellī, Tudertū, & alias Ciuitates, Terras, & loca, uel iura, ad ipsā  
Romanam Ecclesiā spectantia & pertinentia, & adhaerentia, ac fautores  
& defensores eorū seu in his dantes auxilium, consilium, uel fauorē.

¶ Itē excommunicamus, & anathematizamus oēs & singulos Vicancellarios,  
& consiliarios, ordinarios, & extraordinarios, quoruūq; Regū & Princi-  
pum ac Cancellarioꝝ, Cōsilioꝝ, & parlamentorū, Necnon procuratores  
generales eorundē, uel aliorū principū seculariū, etiā si Imperiali, Regali,  
Ducali, uel alia quacūq; p̄sūlgeant dignitate, necnon Archiepos, Epos,  
Abbatē, & Cōmendatarios, eorūq; Vicarios, & officiales qui p̄ se uel aliū  
seu alios quaruūq; exēptionū uel aliarū gratiarū & s̄rae Applicae, necnon  
decimarū, & beneficiales ac alias sp̄iales, & sp̄ialibus annexas causas ab Au-  
ditoribus, & cōmissariis n̄ris (ut eorū uerbis utamur) aduocat ac executioēs  
monitorioꝝ, citationū, inhibitionū, sequestrorū, executorialiū, & aliarū s̄ra-  
rū Applicarū tā gratiā q̄ iustitiā cōcernentiū, a nobis necnon Camerario &  
p̄sidentibus Camerae Applicae, ac Auditoribus & cōmissariis Applicis, in eisdē  
causis p̄tpe emanatae, illarūq; cursū, & audiētia, ac p̄sonas, capitula, cōtūs  
& collegia causas ipsas p̄sequi uolētes auctoritate laicali sp̄e diū, & se de il-  
larū cognitiōe tāq; iudices itromittere, ac p̄res adtrices q̄ illas cōmitti fece-  
rūt, & faciūt, ad reuocādū seu reuocari faciēdū citatiōēs uel inhibitionēs aut  
alias s̄ras in eis decretas, & ad faciēdū eos contra quos tales inhibitionēs  
emanarūt a cēsuris & p̄enis in illis cōtēntis absolui ordināt uel cō-

¶ Itē excommunicamus & anathematizamus omnes & singulos illos  
Patriarchali, primatiali, Archiepiscopali, Ep̄ali uel maiori Eccl̄  
aut Imperiali, Regali, Reginali, Ducali uel alia quauis p̄sūl-

gnitate, honore seu præeminentia, qui sub quibusuis poenis quibuscunq;  
personis genere, & in specie, ne aliquis l'teras Apostolicas etiam in for/  
ma breuif tã gratiã q̃ iustitiã cõcernen, etia citatiões & executoriales, q̃ a se  
de p̃dicta emanarũt & p̃ tẽpore emanabũt, sine eorũ u' Principũ benepla  
cito & examine executioni demãdent, inhiibẽt, ac notatos executores uel  
subexecutores l'rarũ, monitoriorũ, citationũ, & inhibitionũ hmõi capiunt,  
incarcerat, & detinet, uel capi & icarcerari & detineri faciũt, & qui ex eorũ  
officio uel ad instãtiã quorũcũq; psonas ecclesiasticas & capitula, uentus  
& collegia Ecclesiãe quarũcũq; corã se ad eorũ tribunal, audiẽtiã, cãcella/  
riam, consiliũ, uel parlamentũ trahũt ac præter iuris cõmunif dispositionẽ  
trahi faciũt, uel procurat, directe uel indirecte, quouis q̃sito ingenio, uel co  
lore, necnõ qui statuta, ordinationes, cõstitutiões pragmaticas, seu quã/  
uis alia decreta in genere uel in specie ex quauis causa & quouis quãsito  
colore & sub prætextu literarũ apostolicarũ in usu nõ receptarũ & reuoca  
tarũ hactenus fecerunt, ordinarunt seu publicarunt, ac facient, ordinabunt  
& publicabunt in futurũ p quas & quã libertas ecclesiastica tollit seu in ali  
quo læditur uel deprimitur, aut alias quoquomodo restringitur, seu nos  
stris & apostolicã sedis iuribus quomodolibet tacite uel expresse, directe  
uel indirecte præiudicatur. Declarãtes nihilominus ac professãtes, prout  
tenore p̃sentĩũ declaramus, ac expresse p̃testamur abolitionẽ hodie uel  
alias etiã solẽniter p nos faciẽdã p̃atos supranominatos & qualifatos ac  
Vicecãcellarios, cõsiliarios, & pcuratores, ac alios excõdicatos p̃dictos nisi  
prius statim statuta, ordinationes, cõstitutiões pragmaticas & decreta hu  
iusmodi publice reuocarint, & ex Archiuis seu capitalaribus locis aut  
libris in quibus annotata reperiantur deleri & cassari, nos de reuocatione  
& cassatione huiusmodi certiores fecerint & alias a præmissis cum uero  
proposito ulterius similia non committendi destiterint comprehendere,  
nec illis aliter suffragaturam fore, ac insuper in præmissis omnibus &  
singulis ac aliis quibuscũq; iuribus sedi Apostolicã, ac S. R. E. undecũq; &  
quomodolibet q̃sitis seu quãrendis per quoscũq; actus contrarios aut quõ  
libet p̃iudicantes tacitos uel expressos a nobis uel sede Ap̃lica quõlibet  
factos, aut fiendos, aut quẽq; tẽporis fluxum seu patientiã, uel tollerantiã nõ  
stram nullatenus quomodolibet præiudicari debere, aut quõlibet posse,  
& sic nostrã in cõmutabilif intentionif semper fuisse fore & esse. Non  
obstãtibũs quibuscũq; priuilegiis, & indulgẽtiis, ac literis Apostolicis, gene  
ralibus uel sp̃alibus eis, uel eorũ alicui, uel aliquibus, cuiuscũq; ordinif, statuf,  
u' cõditionis, dignitatif, uel præeminẽtiã fuerint, et si (ut p̃mittitur) Põti  
ali, Imperiali, Regali, Reginali, seu quauis alia ecclesiastica, uel mundana  
geat dignitate, a p̃dicta sede, sub quif forma, uel tenore cõcessif, quod  
carari, uel anathematizari nõ possint, p̃ l'ras Apostolicas nõ faciẽtes ple  
expissam, ac de uerbo ad uerbũ, de indulto hmõi, ac ordinibus, locif,

in omnibus propriis, eorumque nominibus & dignitatibus eorum mentione, nec in  
consuetudinibus, & obseruationibus scriptis, & non scriptis, & aliis contrariis quibus  
cumque, per quas contra nostros processus huiusmodi, ac sententias, quomodo  
nisi includantur in eis, se iurare ualeant, aut tueri & quas quo ad hoc pe  
nitius tollimus, & omnino reuocamus, & a quibus quidem sententiis, nul  
lus per alium quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo  
constitutus, absolui possit, nec etiam tunc, nisi de stado Sanctae Roma  
nae Ecclesiae mandato, satisfactione, uel sufficienti cautione praestitis, etiam  
praetextu confessionum, seu quarumvis facultatum uerbo, literis, aut  
quauis alia scriptura, etiam in qua quod sola signatura sufficeret concessa;  
& quauis derogatoriarum derogatoriae fortiores, & efficaciores insolite  
clausulae apparent, quibusuis personis, cuiuscumque praeminentiae; di  
gnitatis, conditionis, aut status fuerint, etiam si (ut praemittitur) Ponti  
fici, Regali, Reginali, uel quauis alia praesulgeat dignitate, Religiosis, & secu  
laribus utriusque sexus, Capitulis, Collegiis, conuentibus, ordinibus etiam mendi  
cantium, & Militarium hospitalibus, Confratribus, Vniuersitatibus concessarum a no  
bis, uel a praedicta sede, & quas concedi quomodolibet contingeret in futurum.

*in d. de*  
*in p. 11*  
*in b. 1*  
**¶** Illos autem qui contra tenorem sententiarum talibus, uel eorum alicui, uel aliquibus  
absolutionis beneficium impedere de facto praesumpserint, excommunicationis, &  
anathematizationis sententia innodamus eisque praedicationis, lectionis, admini  
strationis sacramentorum, & audiendi confessiones officia interdiximus, praedi  
centes, & declarantes aperte transgressores, & contemptores praedictis nos  
grauius contra eos spiritualiter, & temporaliter prout expedire cognoue  
rimus, processuros & nihilominus quicquid egerint absoluendo uel alias  
nullius sit roboris, uel momenti.

**¶** Ut autem huiusmodi nostri processus, ad communem omnium notitiam  
deducatur: chartas, seu membranas processus continentes eosdem, in ual  
uis Basilicarum Principis Apostolorum, & sancti Ioannis Lateranensis de Vr  
be affigi, seu appendi faciemus, quas processus ipsos suo quasi sonoro praer  
conio, & patulo iudicio publicabunt: ut hi quos processus huiusmodi con  
tingunt, quod ad ipsos non peruenerint, aut ipsos ignorauerint, nullam pos  
sint excusationem praetendere, seu ignorantiam allegare, cum non sit ue  
risimile, quo ad ipsos remanere incognitum, quod tam patenter omnibus  
publicatur.

**¶** Verum ut praesentes literae, ac omnia, & singula in eis contenta, eo fiat no  
tiora, quo in plerisque Ciuitatibus, & locis fuerint publicata, Venerabilibus  
fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, ac Locorum  
Ordinariis, ubilibet constitutis, haec scripta committimus, & in uirtute  
Sanctae obedientiae districte praecipiendo mandamus, quatinus per se  
alium seu alios praesentes literas postquam eas receperint, seu earum h  
ant notitiam, saltem semel in anno, aut pluries, prout expedire uiderint

electis suis dum maior in eis populi multitudo ad diuina conuenerit, soleniter publicet, ad Christifidelium mentes deducant, nuncient, & declarent. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae excommunicationis, anathematizationis, ablationis, denuntiationis, declarationis, reuocationis, innodationis, interdicti, commissionis, & mandati infringere uel ei ausu temerario contraire.

Si quis aurem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum, Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae, M.D.XXVI, III, Calen. Aprilis Pont. Nostri Anno Tertio.

**T**enor Decreti Concilii Lateranensis, contra arripientes uel sequestrantes fructus beneficiorum uel ecclesiarum sine expressa licentia. Ro. Pont. qui continetur in Bulla Reformationis lecta in Nona Sessione Concilii Lateranensis, de quo fit mentio in superiori Bulla folio secundo, est infra scriptus.

Leo Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam Sacro approbante concilio, supernae dispositionis arbitrio &c.

Et cum fructuum Ecclesiarum Cathedralium & Metropolitanarum, Monasteriorumque & aliorum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum plenaria dispositio, & administratio ad nos & Ro. Pont. pro tempore existentem, & illos etiam qui eiusmodi ecclesias, Monasteria & beneficia iure & Canonice obtinent, solum pertineant, secularesque Principes omni etiam diuino iure id prohibente, dictis ecclesiis, Monasteriis ac beneficiis intromittere se nullatenus debeant, Statuimus & ordinamus ut fructus, redditus & proventus ecclesiarum, Monasteriorum, ac beneficiorum, per seculares uel Principes, etiam si Imperator, Reges, Reginae, seu Respublicae uel Potentatus fuerint, aut per eorum officiales seu Iudices etiam ecclesiasticos, uel quascumque alias personas publicas, uel priuatas, de eorundem Imperatoris, Regum, Reginae, ac Principum, rerumque publicarum, uel potentatum mandato sequestrari, occupariue, aut aliquo modo detineri, ipsique huiusmodi ecclesias, Monasteria, ac beneficia obtinentem, sub praetextu Fabricae, instaurationis, &c., sine Ro. Pont. pro tempore existentis expressa licentia, aut elemosinarum, seu quouis alio colore aut fuce impediri non debeant, quominus de illis ut antea libere, ac sine impedimento disponere ualeant, Et si sequestrati fuerint occupatiue, aut detenti, integre libereque, ac sine exceptione uel mora praelatis, ad quos de iure legitimeque spectant, restituantur, de quibus si dissipati nusquam reperiri possint, eorum iusta aestimatione facta, dictis Praelatis fieri uolumus, per eos qui dictas sequestrationes, applicationes, dispendia, &c. fecerint, aut fieri mandauerint, sub poena excommunicationis interdicti ecclesiastici talium Principum terris, & Dominio eo ipso ita

occurrentis. Et ut eorum, ac eisdem subiectorum bona ubicunq; reperta, si  
moniti parere noluerint, capi & retineri possint, Ipsi uero contrafacien-  
tes tam supradictis poenis q̄ priuationis feudorum & Priuilegiorum, quæ a  
nobis & Romanis, uel aliis ecclesiis nunc & pro tempore obtinuerint, &  
aliis contra uiolutores & oppressores libertatis ecclesiasticæ, etiam per ex-  
trauagantes, & alias constitutiones, etiam incognitas, & forsitan in usu non  
existentes impostis subiaceat. Quarum omnium tenores per expressis & insertis  
habentes innouamus, ac perpetuum firmitatis robur habere decernimus &  
declaramus, ac secundum eas per quoscunq; Iudices etiam Sanctæ Romanæ  
Ecclesiæ Card. sublata & adempta eis aliter iudicandi, declarandiq; pote-  
state, sententiari, iudicari, & interpretari debere uolumus, atq; mandamus.  
Et cum a iure tam diuino q̄ humano laicis potestas nulla in ecclesiasticas  
personas attributa sit, innouamus omnes & singulas constitutiones se. re.  
Bonifacii Papæ. viii. etiam prædecessoris nostri, quæ incipit, Feliceis, &  
Clemen. V. quæ incipit, Siquis luadente. necnon quascunq; alias Aposto-  
licas Sanctiones in fauorem libertatis ecclesiasticæ, & contra eius uiolato-  
res quomodolibet editas, & poenis etiam contra talia præsumen. in Bulla  
quæ legitur in Coena Domini contentis in suo robore permanturis.

¶ Et cum in Lateranen. & c.

¶ Datum Romæ in publica Sessione in Lateranen. Sacrosancta Basilica  
solenniter celebrata. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quin-  
gentesimo, quartodecimo, Tertio nonas Maii Pontificatus Nostri Anno  
Secundo.

Acta per me Bernardinum de Citharis Romanum,  
Subdiaconum Apostolicum.